

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

XCVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

XCVIII.

HERMANNI MARCHIONIS BADENSIS LITERÆ QUL-
BUS ECCLESIAE S. PANCRATII IN BAKNANG JUS
PATRONATUS IN LANDSIDLEN
DONAT.

A N N O M C C X X X I .

Ex Manuscripto Gamansiano.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Universitati tam presentium quam futurorum innotescat, quod ego *Hermannus Marchio de Baden* instinctu Divino compunctus, præsentiumque virorum consilio fretus Ecclesiæ Sancti Pancratii Martyris in Bagnang, quæ sæpius per me meosque fautores læsa est, ad restaurationem dispendiorum a me ei illatorum jus Patronatus Ecclesiæ in *Landtsidlen* cum omni jure in decimis, in agris, in pratis, in aquis, in aquarum decursibus, in campis, in nemoribus, & sic cum universitate ad sustentationem omnium ibidem Deo famulantium pro remedio animæ meæ fideli largitione dicavi. E contra ejusdem loci præpositus communiterque ibi Conventus me petente montem in *Richenberg*, ubi nunc castrum situm est, usque ad secundum vallem, ac locum in *Cottenwaller*, quam contra salutem animæ meæ subtraxeram, ubi quondam uberrima prata florere, pia voluntate mihi contra dederunt: ita tamen ut hæredes mei nunquam in eodem loco Molendinum fundare præsumant: Præterea Mo-

lendinum sub *Eichenberg* quod in prædio sæpe dictæ Ecclesiæ indebitè
struxeram, post obitum vitæ meæ cum omni jure usquequaque eidem
conventui assignavi. Et ut hæc inconcussa & invulsa perpetuo ma-
neant, munimine sigilli nostri confirmamus. Peracta sunt autem hæc
Anno ab Incarnat. Domini MCCXXXI. regnante invictissimo Imperato-
re Friderico, sub Diethro ejusdem loci præposito. Hujus rei testes sunt
Ulricus de Helffenstein, Albertus de Rossewag, Henricus de Prewew,
Albertus de Ilsvelt, Herbrandus de Hohenberg, Gregorius Prothonota-
rius, Conradus de Rote, Engelhardus de Windecke, Conradus Schob-
le, Albertus de Rodde.

[XCIX.]

MARCHIO HENRICUS HACHBERG. VILLAM ET EC-
CLES. IN MUOSBACH. ABBATIAE TENNEBAC.
TRADIT.

A N N O M C C X X X I.

Ex Archivo Tennebacensi.

Duplex est utilitas benefacta quorumlibet & Magnatum & Principum
maxime scripture testimonio committere, videlicet ut & rei ser-
vetur veritas & ut a bonis exemplum fumentes alii similia pietatis ope-
ra studeant & ipsi perpetrare.